

natam, volens impugnare, obtendit & pertendit, eadem demonstratione eodemque argumento plurium Deorum existentiam posse concludi.

2. Argumentum ejus in forma sic mihi fuit exhibitum: *Omnis idea (ex te) requirit causam, in qua tantundem sit ad minimum realitatis formalis, quantum illa continet objective. Atqui Pagani habuerunt ideam plurium Deorum, quæ idea requirit causam, in qua tantundem sit ad minimum realitatis formalis, quantum ipsa continet objective. Sed in nulla causa tantum realitatis formalis esse potest, præterquam in pluribus Diis realiter existentibus. Ergo plures Dii sunt realiter existentes.*

3. Respondi ad illam objectionem aliquando per literas his ferè verbis: Philosophi illius celebris Minor propositio est falsa: *Atqui pagani habuerunt ideam plurium Deorum.* Noster enim Cartesius Meditatione quintâ, ferè paginâ secundâ à fine ait, *non possum duos aut plures ejusmodi Deos intelligere, hoc est, non possum habere ideas plurium Entium summè perfectorum.* Dices, ut antè, *je trouve qu' il avance seulement cela sans le prouver, quasi hoc dicat*

dicat